



8
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES
DE POENIS.

Q V A S

D. O. M. A. SVB PRAESIDIO CLARISS.
ET CONSULTISS. VIRORVM D. IOANNIS MI-
chaëlis Cronenburgeri, & D. Ioannis Hollandt,
V. I. LL. Dictatoris & Fisci, in publico
iuris Collegio disputandas
proponit.

IACOBVS SCHROTER.
THVRINGVS.

Anno M. D. LXXXIII.
X. Iunij.



COLONIAE AGRIPPINAE Bbb
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

105
98

DE POENIS.

THESIS I.

Delicta coerceri non solum publicæ disciplinae fauor suadet, sed & priuatorum postulat utilitas (a). Certa ergo poenarum genera criminibus sunt præscripta, de quibus tùm infligendis, tùm remittendis, augendis vel minuendis, pro qualitate reorum & criminum, generaliter dicemus.

(a) l. locatio 9. §. illicitè 5. de public. & vectigal. l. ita vulneratus 51. §. æstimatio 2. Ad L. Aquil. l. si operis 14. C. h. t. l. Stichum 95. §. 1. de solut. crimine præsertim denudato, l. si quis 6. h. t. l. cum reis 18. C. cod. l. 1. C. de custod. reor. Rot. decis. n. 9. de hæret. in Antiq.

II.

Pœna autem est delictorum coercitio (a), ad publicam tranquillitatem conseruandã, emendationem & terrorem nocentium, afflictorumq; solatium inducta (b).

(a) l. sanctio. 41. h. t. l. ne quis 19. C. cod. l. aliud 131. de verb. signifi. Cuiac in parat. ff. & C. h. t. Et differt à multà variè, vt videre est in d. l. aliud §. 1. & in l. si qua 244. de verb. signi. (b) l. si pœna 20. l. 6. §. 1. l. capitalium 28. §. pen. h. t. l. 1. C. ad L. Iul. repetund. l. bona fides 31. in pr. de pos. Nou. 30. de procos. Cappad. c. vlt. in pr.

III.

Estq; capitalis alia, alia non capitalis (a). Capitalis, qua aut vita adimitur, aut libertas, aut ciuitas tantum (b). Vitam adimunt (c) furca (d), quæ ex edicto Imp. Constantini substituta est in locum crucis (e) pœnæ olim seruilis & omnium grauissimæ (f), pro qua hodiè rota supplicium introductum censetur (g); item crematio (h), decollatio (i), strangulatio (k), submersio, membrorum dissectio (l). Et huc pertinet antiquum illud pœnæ genus, quo è Saxo Tarpeio deijciebantur delinquentes (m), aut lapidibus obruebantur (n).

(a) §. publicorum Inst. de pub. iudic. l. 2. cod. l. si quis 6. h. t. (b) l. licet 103. de verbor. sig. d. l. 6. §. fin. h. t. d. §. 2. Inst. de publ. iud. l. 2. h. t. l. edicto 13. de bonor. possess. l. 4. si quis caution. iud. sist. l. qui cum 14. §. is demum 3. de bon. libert. l. cum 10. de iur. patron. Did. Co. uarr. in 4. decretal. p. 2. c. 4. §. 7. nu. 25. (c) aliàs supplicia dicuntur, l. vltimum 21. h. t. (d) l. capitalium 28. in pr. l. si quis 38. §. 1. h. t. (e) non alia ratione, quàm veneratione signi salutis nostræ, Cont. 1. lect. subseciu. 13. Cuiac ad lib. 5. sentent. Paul. r. 17. §. 2. Et lib. 16. obs. 1. Co. uar. 4. var. resol. c. 5. Cassiodor. 1. disp. histor. c. 10. (f) P. Faber lib. 2. semestr. c. 8. (g) VVes. in parat. ff. h. t. n. 3. Cuiac 3. obs. 28. (h) l. aut damnus 8. §. hostes 2. d. l. 28. in pr. & §. gni 11. c. u. seq. d. l. 38. §. 1. h. t. (i) quæ gladio fit: nam securis Iustiniani tempore abscesserat, d. l. 8. §. 1. P. Fab. d. lib. 2. c. 7. (k) quæ olim fiebat in carcere, P. Faber d. loco. (l) VVes. d. loco. (m) Valer. Max. 1. c. 8. Geli. lib. 20. c. 1. l. vn. C. de emend. seruor. Clar. §. fin. q. 67. num. 5. Fab. d. c. 7. de quo in sacris lit. 4. Reg. 9. & 2. Paralip. 2. hodiè est sublatum, l. si diutino 25. in fin. h. t. (n) Deut. 40.

IIII.

Libertatem amittunt damnati in metallum (a), aut ad ludum (b), aut ad bestias (c): qua tamen pœna in vsu hodiè non sunt (d), sed in locum earum surrogata videtur pœna irremium, in Italia frequentissima (e), aut etiã carceris perpetui. (f). Ciuitatem adimit exsilium

exsilium(g): seu *deportatio*(h), quæ successit *interdictioni aqua & ignis*(i), hodiè verò *pœna arbitraria*(k). Sed & illis *ciuitas adimitur*, qui in *opus publicum dantur*(l).

(a) in perpetuum sc. d. l. aut *damnum* 8. §. est *pœna* 4. §. in *ministerium* 8. d. l. 28. §. *Diuus* 6. h. r. l. 3. de his quæ non script. hab. l. *Aristo* 46. de *manumiss. test.* Cuiac. ad lib. 5. sent. Paul. c. 17. Differunt autem in *metallum damnari*, & in *opus metalli*: hi enim *leuioribus*, illi *grauioribus premuntur vinculis*, d. l. 8. §. inter 6. l. *moris* 9. §. *istæ* 11. h. t. (b) Paul. d. lib. 5. c. 17. d. l. 8. §. *quicumque* 11. h. t. Cuiac. 13. obs. 10. (c) Clar. §. *fin.* q. 67. n. 4. (d) ex *Nou. de nupt.* 22. c. 8. (e) Clar. d. q. 67. n. 7. & q. 70. num. 5. (f) Bald. in l. *incredibile* num. 3. C. h. t. (g) l. 2. de *pub. iudic.* l. 1. C. de *fideiussor.* (h) l. 2. l. sunt quædam 17. §. 1. h. t. l. 6. de *interd. & releg.* Vult. 1. *discept. scholast.* c. 12. atquè ita propriè *exsilium* in iure accipitur, d. l. 2. h. tit. Cuiac. 15. obs. 35. VVes. in *parat. de pub. iudic.* num. 1. Innocent. in c. *qualiter & quando.* il 2. num. 6. de *accusat.* Duar. 1. *disput.* c. 37. (i) d. l. 2. §. 1. h. t. l. 3. ad L. *Iul. peculat.* d. *Nou.* 22. §. *deportatio* 13. (k) teste *Claro* in d. q. 67. nu. 8. Licet *Dd.* hac in re valdè *dissentiant*, *Roma.* *sing.* 568. *Thoming.* *decis.* 7. num. 8. VVes. in *parat.* h. t. nu. 3. in *fin.* *Ascan. de patr. potest.* c. vlt. n. 27. *Oldend. class.* 1. act. 2. l. d. l. 17. §. 1. h. t. *Azo* in *sum.* C. h. t. n. 8.

V.

In dubio, quando Lex vel statutum imponit pœnam capitalem, non de morte naturali, sed de ciuili, puta exsilio seu deportatione, intelligenda erit.

In ambiguis enim *mitior pœna eligenda*, l. si *præses* 32. l. *pen.* h. t. l. *semper* in *obscuris* 9. vb. *Dec.* num. 9. & seqq. l. *semper* in *dubijs* 56. l. *factum* 155. §. *pœnalibus.* de *reg. iur.* c. in *pœnis*, de *reg. iur.* in 6. *gloss.* in l. 1. C. ne *Christ. mancip.* *Felin.* in c. *qualiter & quâdo*, il 2. §. ad *corrigen-* dos num. 52. & seqq. de *accusat.* *Hippol. de Marsil.* in *prax. crim.* §. *opportu-* nè num. 39. & seqq. *Marant.* in *spec. aur. p.* 4. *dist.* 2. nu. 3. *Alciat.* de *præsumpt. reg.* 3. *præf.* 45. nu. 9. & lib. 2. de *verbor. sign.* nu. 45. *Paul. Castrens.* in l. si *præsenti* nu. 2. C. de his qui ad *Eccles. confug.* *Ioan. Andr.* in *reg. imputari* 41. num. 2. & in *reg. in pœnis* 49. num. 2. de *reg. iur.* in 6. *Molin.* in *consuetud. Paris.* p. 2. §. 54. nu. 9. *vers. tertio.* VVesemb. in *par.* h. tit. n. 2. *laf.* in l. *transigere* 18. n. 9. C. de *transact.* *Mynsing.* cent. 2. obs. 45.

VI.

Non capitales pœnae sunt omnes reliquæ, quæ aut corpus, aut existimationem ledunt, aut damnum solummodo inferunt, vt sunt membri amputatio(a), relegatio(b), in opus publicum ad tempus damnatio(c), carcer seu vincula(d), verbera(e), tortura(f), infamia(g), stigma(h), mitra(i), & quæuis multa pecuniaria, quæ si agenti applicatur, ciuilis(k), si fisco, criminalis dicitur(l): quæ rursus si omnium est bonorum, vocatur confiscatio. (m)

(a) l. 3. vbi *Bald.* C. de *seru. fugitiu.* Regulariter autem præter *manum nullum membrum* erat *amputandum*, A sed *nouo iure* C. d. t. *Nou.* vt *nulli iudic.* 134. c. vlt. *Bart.* in l. 2. nu. 12. de *pub. iudic.* *Cuiac.* 7. obs. 13. quod *mutauit Const.* *Carol. V.* art. 198. & *lingua & aures* interdum *abscinduntur*, d. *const.* *Malè* autem hoc *genus pœnæ* ad *capitales* à quibusdam *refertur*, vt *ref.* *Alciat.* in l. *licet* 103. in *fin. pr. de verbor. sign.* *Clar.* q. 69. num. 2. (b) d. l. *capitalium* 28. §. 1. h. t. l. *relegatus* 14. de *interd. & relegat.* l. 2. de *publ. iud.* l. *edicto* 13. de *bonor. poss.* Fit autem *relegatio* vel in *insulâ*, l. 7. in *pr. de interd. & releg.* d. l. 28. §. *grassatores* 10. §. in *exsulibus*, l. si *quis* 30. h. t. vel *simpliciter*, d. l. 7. in *pr.* (c) d. l. 28. §. 1. h. t. (d) l. 1. in *fi. de aleator.* l. 2. & 3. de *custod. reor.* l. *lege Corn.* 25 §. 1. ad *SC. Syllan.* *Cuiac.* 14. obs. 34. Ex *iuris præsertim* *Can. dispositione*, c. *quamuis*, de *pœn.* in 6. c. *nouimus* 27. in *fin.* de *verbor. signif.* *Gaill.* 1. de *pac. publ.* c. 1. num. 32. 33. *Clar.* §. *fin.* q. 70. num. 4. *Frideric. Schenck.* in *viridar.*

ridar. conclus. 98. Hubert. de Bonaccurs. in prax. rubr. quibus mod suo nom. agent &c. num. 260. (e) l. veluti 7. h. t. quæ fiunt vel fustibus, vel flagellis, vel vinculis, id est, loris, l. t. §. impuberi 33. ad SC. Syllan. (f) Clar. d. q. 70. num. 3. sæpè enim non ad eruendam veritatem, sed ad pœnam imponitur. (g) l. aut damnum 8. in prin. h. t. l. fratres 27. C. de inoff. test. gloss. in l. i. c. 22. de his qui not. infam. Clar. q. 72. (h) l. i. in fin. de fugitiu. quæ hodiè sublata, per l. si quis 17. C. h. t. Clar. d. q. 70. num. 1. Mar. p. 4. dist. 2. ru. 9. VVef. h. t. num. 7. Mynsing. cent. 2. obs. 46. (i) Clar. d. q. 70. nu. 8. (k) l. fin. de priuat. delict. §. pœnales. Inst. de action. l. omnes 26. l. constitutionibus 33. de oblig. & act. (l) l. 5. C. de mod. mu. t. l. i. C. de fideiussor. Clar. §. fin. q. 79. Kirchou. com. opin. cent. 1. concl. 58. Paul. Castrenf. in l. 2. nu. 2 C. de procurator. (m) l. sententia 20. C. d. t. Clar. q. 78.

VII.

Huc quoquè referenda censura Ecclesiastica, vt sunt: Excommunicatio (a), degradatio, beneficij priuatio (b), suspensio (c), Ecclesiasticum interdictum (d), irregularitas (e), in monasterium detrusio (f), & similes (g).

(a) Clar. q. 77. Panorm. it. in c. tuæ discretionis, & passim, de pœn. Petr. Rauen in compend. iur. can. p. 3. t. de sentent. excommun. per 3. rubr. (b) d. 18. in prin. h. tit. Clar. q. 73. 74. Damhaud. in prax. crim. c. 87. de parricid. num. 10. 11. & 12. (c) d. l. 8. Clar. q. 75. (d) Clar. q. 76. (e) Didac. Couar. in relect. clem. si furiosus, de homicid. p. 1. in pr. (f) quæ hodiè abrogata, Clar. q. 70. num. 6. cum nemo ita puniri debeat, vt certo corpori aut collegio addi, catur, l. ne quis 19. C. h. t. quamuis mulieres adulteræ ex Iustin. Imp. cont. in monasteriū abdi possint, A. sed hodiè, C. ad L. Iul. de adult. (g) Rebuff. in prax. benef. p. 2. t. de reprob. benef. viu. impetr. num. 1. 2. 10. 11. & seqq. Hostiens. in sum. num. 3. & seqq. h. t.

VIII.

Quæ omnes ordinaria sunt, aut extraordinaria (a). Ordinaria dicuntur, quando expresse legibus sunt definita (b), quas remittere, minuere, augere vel alterare iudici nō licet (c), nisi iustā ex causā (d), ex actis relucente (e).

(a) l. 1. C. vbi de crim. ag. oport. l. quid ergo 13. §. pœna 7. de his qui not. infam. l. 3. C. cod. (b) l. aliud 131. §. 1. l. si qua 244. de verbor. sign. quarum singula h. recensere genera huius loci non est. (c) d. l. si qua, l. 1. §. quorum 4. ad SC. Turpil. l. si operis 14. C. h. t. l. si quis 14. de custod. reor. l. ordo. 8. de pub. iudic. Nou. 82. de iudic. §. oportet 8. c. licet 3. h. t. Tiraq. h. t. in præfat. Damhaud. in prax. crim. c. 1. n. 4. & c. 55. num. 4. (d) d. l. quid ergo §. pœna. d. l. 3. vbi Dd. l. 2. C. vt intr. cert. temp. l. in metallum 22. h. t. Dd. in l. hodiè 13. h. t. Tiraq. d. lo. n. 16. & seqq. Mynf. cent. 2. obs. 30. n. 4. 5. VVef. h. t. n. 5. de quibus in fin. th. 14. & seqq. (e) Bart. & Bald. in d. l. quid ergo §. pœna. Mynsing. d. lo. nu. 6. 7. vbi add. sufficere si iudex in genere saltem causam in sententia exprimat, dicendo ex iustis causis animum nostrum mouentibus. Vid. Tiraq. d. lo.

IX.

Extraordinaria sunt commissa arbitrio iudicis (a), qui pro suo arbitrio ac religione vel leuiorem vel grauiorem feret sententiam, ita tamen vt rationem & modum non excedat (b).

(a) l. 1. §. 1. de effractor. & expilat. & passim de extraord. crim. Angel. in tract. de malefici. in verb. quas si non soluerit n. 6. (b) l. perspicendum 11. l. hodiè 13. h. tit. l. sancimus 21. C. cod. fac. l. Arrianus 47. de oblig. & act. Sichard. in l. 4. nu. 19. C. de seru. fugitiu. Damhaud. c. 55. nu. 5. Mynf. cent. 6. obs. 97. Gabriel. Palæot. in tract. de spui. c. 43. n. 5.

Itaque

X.

Itaque ad mortem hoc suum arbitrium iudex extendere non potest (a), nisi qualitas delicti aut circumstantiarum aliud suadeat. (b)

(a) fac. l. pen. h. t. Matth. de Affl. decis. 276. nu. 6. Alexand. conf. 5. n. 13. vol. 1. & conf. 283. vol. 2. Hieron. à Monte in suis var. quaest. q. 16 n. 7. & seqq. Menoch. de arb. iud. q. 86. Cla. §. si. q. 83. n. 11. Sichard in l. 4. n. 8. C. de seru. fugitiu. Boer. decis. 254. nu. 13. VVes. in parat. ff. de priuat. delict. nu. 4. & ad L. Corn. de sicar. n. 16. Vid. Marant. disp. 3. & p. 4 dist. 1. nu. 59. & seqq. (b) vt in l. si quis 10. cum A. seq. C. de episcop. & cleric. fac. l. aut facta 16. §. pen. & vlt. h. t. l. perspicendum 11. h. t. Nou. 134. vt null. aud. c. vlt.

XI.

Puniuntur homines fontes propter facta, dicta, scripta, & consilia (a): Et licet plures sint vnus criminis rei, in solidum tamen omnes tenentur (b), nisi cum multitudo deliquit, minus agendum sit (c).

(a) l. aut facta 16. pr. h. t. l. consilij 47. de reg. iur. Clar. §. si. q. 88. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 351. (b) l. item Mela 11. §. sed si plures 2. vbi Costal. ad L. Aquil. l. si quis id. 7. in fin. vbi Iaf & Dd. de iurisdic. l. semper 15 §. si in sepulcro 2. quod vi aut clam. Bart. in l. praetor, §. si mihi. de iniur. & in l. numquam de priu. del. (c) vt constitueretur 25. dist. 50. c. commellationes, dist. 44. Tiraq. c. 47. Hotom. illust. q. 42. Gomez. tom. 3. var. resol. c. 1. num. 53. & seqq.

XII.

Illi verò qui non deliquerunt, vt sunt liberi & heredes noxiorum, poena subijci non possunt (a), nisi atrocissimum defuncti commissum fuerit (b), aut lus cum ipso contestata sit, aut denique ex delicto ad heredes quid peruenerit, tunc enim ad ciuilem poenam heredes tenebitur (c). Absentes quoque puniri nequeunt (d), vt nec praegnantem mulieres, quarum poena, quo ad pariant, differtur (e) ne ex molestia animi aut corporis, quam mulier afficitur, partus aliquo modo laedatur. (f)

(a) l. si poena 20. l. si crimen 26. h. t. l. sancimus 22. C. cod. nemo enim alieni criminis successor constituitur, d. l. 26. l. defuncto 6. de pub. iud. l. fin. C. si re. vel acc. mort. fuer. Hostiens. in sum. nu. 8. h. t. (b) l. meminisse 7. l. quisquis 5. §. emancipationes 4. C. ad L. Iul. maiest. Gaill. l. de pac. pub. c. fin. n. 11. (c) l. ex iudiciorum 20. C. de accusat. l. sicuti 38. de reg. iur. l. omnes 26. l. constitutionibus 33. de oblig. & act. §. non autem Inst. de perpet. & tempor. act. l. in heredem 5. de calumniat. l. vn. C. ex delict. defunct. (d) l. absentem 5. h. t. l. de requir. reis. Paul. §. sent. c. 5. §. pen. Clar. §. fin. q. 44. (e) l. praegnantis 3. h. t. l. Imperator 18. de stat. hom. Bart. in d. l. 3. Bald. in d. l. 18. Hippol. de Marsil. in pract. crim. §. nunc videndum nu. 47. & 48. vbi add. & post partum 40. dierum, spatium permittendum esse (f) partus enim non poenae, sed Reipub. nascitur, l. 1. §. si ea 14. de ventr. in poss. l. 2. de mort. infer.

XIII.

In poenis autem irrogandis magna est varietas, quae oritur ex varijs circumstantijs ex quibus delictum vel grauius aestimatur vel leuius (a), vt sunt, caussa, persona, locus, tempus, qualitas, quantitas, euentus (b).

(a) quod iudicis arbitrio relinquendum, Menoch. 2. de arb. iud. cas. 266. ideoq; hodie omnes ferè poenas fieri extraordinarias trad. Cuiac. 8. obs. 33. Imbert. 3. Inst. Forens. c. 19. Guid. Pap. decis. Grat. n. 1. 2. (b) l. aut facta 16. §. 1. h. t. l. sacrilegij in pr. ad L. Iul. pecular. l. Pedius 4. §. 1. de incend. ruin. naufrag. Azoin sum. C. h. t. Paris. conf. 147. n. 6. & seq. vol. 4.

Quicumque

XIV.

Quicumque ergo ira vel iusto dolore commoti (a), aut amoris aestu (b) consanguinitatis, amicitiae (c), vel misericordiae (d) affectu, ignorantia (e), impetu (f), casu (g) aut necessitate (h) delinquant, mitius puniendi sunt.

(a) d. l. aut facta 16. §. causa 2. l. 5. cum ibi not. C. de iniur. l. 2. C. de abolit. l. 3. de diuort. l. quicquid 48. vbi Dec. n. 6. 7. 8 de reg. iur. c. si quis iratus, & ibi gloss. 2. q. 3. l. si adulteriū 38. §. imperator 8. ad L. Iul. de adult. l. 4. C. eod. Tiraq. h. tr. c. 1. Clar. §. fin. q. 60. nu. 9. Gaill 2. obs. 110. nu. 35. 36. 37. Foller. in pract. crim. p. 4. princ. rub. pœnis deb. fer. nu. 25. (b) amor enim furoris est species. Nou. quib. mod. natur. effie. legit. 74. in pr. Tiraq. h. tr. c. 4. Clar. d. lo. nu. 10. Gaill d. obs. 110. n. 23. (c) l. 2. de receptat. l. qui cum vno 4. §. vlt. de re milit. c. 2. de apostat. Tiraq. c. 20. 21. 22. (d) l. & eleganter 7. §. idem Labeo 7. de dol. mal. l. vlt. §. 2. de custod. reor. Tiraq. c. 24. (e) l. Metrodorum 40. h. t. Tiraq. c. 13. n. 1. & 22. (f) vt fit ab ebrijs, l. perspicendum 11. §. pen. h. t. l. omne delictum 6. §. qui se 7. vers. per vinum, de re milit. l. 1. C. si quis Imp. maledix. c. sanè, c. inebriauerunt 15. q. 1. Tiraq. c. 6. Clar. d. lo. nu. 12. Gomez. tom. 3. var. resol. c. 1. nu. 73. quod de summè ebrijs & non industriâ sed ignoratâ vini vi deceptis accipiendum est. Gaill d. lo. nu. 24. & seqq. Bart. in d. l. perspicendum 11. §. delinquant nu. 3. Bald. in l. data opera 11. C. de his qui accus. poss. Par. de put. in tract. de Synd. §. pœna c. 5. nu. 5 (g) l. 5. §. fin. d. l. perspicendum §. pen. h. t. (h) c. si quis propter 3. de furt. vbi Panorm. n. 1. & Hein. Boich. n. 1. & 2. Ioseph. Ludou. decif. Luc. 15. n. 71.

XV.

Furiosi, cum satis ipso furore puniantur, fatigati eos infelicitas quodammodo excuset, veniam digni sunt (a), etiamsi post delictum demum commissum furor superueniat (b). Idemque de dormientibus statuendum, nisi cum scirent illam surgendi & ledendi alios consuetudinem, in culpa fuerint (c).

(a) l. Diuus 14. de off. præsid. l. infans 12. ad L. Corn. de sicar. l. pen. in fin. ad L. Pomp. de parricid. l. 3. §. 1. de iniur. l. sed etsi 5. §. & idè 2. ad L. Aquil. c. aliquos 15. q. 1. arg. l. qui iniuriæ 53. in pr. de furt. l. furiosi 40. de reg. iur. Tiraq. c. 2. Clar. d. lo. n. 7. Damhaud. in prax. crim. c. 84. n. 6. Gaill d. obs. 110. n. 20. 21. Iac. Nouel. in tract. ad defens. rubr. 1. n. 31. & seqq. & n. 54. (b) absentis enim & mortui loco habentur, l. sed si vnus 17. §. filiofam. 11. de iniur. l. bonorum 24. §. 1. rem rat. hab. Tiraq. c. 3. Clar. d. lo. n. 8. Gomez. tom. 3. var. resolut. c. 1. n. 72. Gaill d. obs. 110. nu. 22. vbi hoc limitat, si graue sit & enorme delictum per d. l. Diuus. Bald. in l. furiosum 9. C. qui test. fac. poss. & ibid. Iaf. n. 7. 8. & 9. & in l. ex facto 43. n. 30. 31. de vulg. & pupill. latè in vtraque partem M. Ant. Bauer in §. item furiosi n. 4. & seqq. Inst. qui testam. fac. poss. (c) Clem. vn. de homicid. & ib. gloss. & ibid. Zabarel. n. 8. Per. de Anchar. ibid. n. 3. Tiraq. c. 5. Clar. n. 13. Damhaud. d. c. 84. num. 9. Gaill d. lo. num. 30. Mascari in prax. t. de pœn. n. 7.

XVI.

Sic quoque ex personâ, & quidem ex parte eius, qui deliquit, sapissimè grauius plebuntur viri quàm femina (a), puberes quàm impuberes (b), maiores quàm minores (c), aut senio confecti (d), serui quàm liberi (e), famosi quàm honesti (f), pauperes quàm diuites (g), plebei, quàm in dignitate constituti vel nobiles (h). Ex parte verò illius, in quem delinquitur, grauius est commissum in magistratum, parentem vel patronū, quàm in priuatum & extraneum (i).

(a) l. sacrilegij 6. in pr. ad L. Iul. peculat. c. sicut dignum 6. in princ. de homicid. c. indignan-

gnantur 32. q. 6. fac. l. quisquis §. ad filias 3 C. ad L. Iul. maieft. Tiraq. c. 9. (b) l. serè 108. de reg. iur. l. 1. C. de fals. monet. l. 1. §. impubes ad SC. Syllan. l. aut facta 16. §. persona h. t. clem. vn. de homicid. Menoch. 2. de arb. iud. quæst. cas. 329. n. 2. & seq. Damhaud in patroc. pup. pill. c. 10. n. 51. & seqq. infantes verò plenè excusantur, l. infans 12. de Sicar. Clar. d. q. 60. n. 2. & 3. Gaill. d. obs. 110. n. 31. (c) auxilium 37 §. 1. de minor. Tiraq. c. 7. Menoch. d. lo. (d) l. 3. §. ignoscitur 7. de SC. Syllan. l. 2. de term. mot. Tiraq. c. 8. Menoch. d. cas. 329. n. 20. 21. Clar. d. q. 60. n. 6. Gaill. d. obs. 110. n. 34. Ant. Cucchus in pentat. iur. can. lib. 1. r. 3. n. 50. (e) l. in ser. uorum 10. d. §. persona (f) l. capitalium 28. §. fin. l. quædam 14. d. t. (g) l. illicitas 6. §. fin. de offic. præsid. l. fin. §. fin. C. de mod. mult. Tiraq. c. 32. (h) l. sacrilegij 6. in pr. & §. 2. ad l. Iul. peculat. l. qui eadem 16. de sicar. quo ad pœnam sc. corporalem Tiraq. in tract. de nobil. c. 20. n. 104. & h. tr. c. 31. Couar. 2. var. resolut. c. 9. n. 5. Gaill. d. obs. 110. in fin. Matth. de Afflic. in c. hac edictali in pr. n. 13. de pac. iuram. firm. in V. F. (i) §. atrox Inst. de iniur. d. §. persona d. l. capitalium §. omnia h. t.

XVII.

Ex loco grauius est delictum quod publicè fit, quàm quod priuatim (a), grauius quod in loco sacro quàm profano (b), & grauius vbicumq; propter opportunitatem delinquendi & crebrius committi & plus dâni afferre solet (c). Ex tempore noctu commissum grauius plerumque est, quàm quod interdum. (d)

(a) d. §. atrox Inst. de iniur. (b) d. §. atrox d. l. aut facta, §. locus 4. h. tit. Cuiac. 13. obs. 19. (c) d. l. aut facta §. pen. (d) d. l. aut facta, §. tempus 5. Cuiac. 11. obs. 27. & 15. obs. 31.

XVIII.

Qualitas & quantitas discernunt rixas à grassaturis, expilationes à furtis, furem ab abigeo (a). Et ex prioribus delictis, quamuis coërcitis, subsequentiâ aggrauantur (b), ita vt subreptitia & nulla censeatur secundi homicidij gratia, quam prioris veniâ suppressâ facinorosus impetrauit (c).

(a) d. l. aut facta §. qualitate 6. §. quantitas 7. h. t. (b) l. capitalium 28. §. solent 3. §. grassatores 10. h. t. l. 3. vbi Pald. C. de episcop. aud. Dec. in l. bona fides 57. nu. 7. & seqq. de reg. iur. V. Ves. in par. h. t. n. 9. Bart. in l. si cui. in fin. de accusat. (c) Dec. in d. lo. cum ib. add.

XIX.

Sola voluntas & delinquendi cogitatio pœnam non meretur (a), etiamsi ad conatum & actum aliquem externum peruenerit (b): qui tamen si proximus consumationem fuerit, extra ordinem arbitrio iudicis coërceri solet (c), nisi Lex expresse pœnam grauiorem exprimat (d).

(a) l. cogitationis 18. h. t. l. fugitiuus 225. de verb. signif. Clar. §. si q. 91. Hostiens. in sum. n. 9. h. t. (b) l. 1. §. hæc autem quod quisq; iur. (c) l. 1. in fin. de extraord. crim. (d) vt in l. 1. §. Diuus 3. ad l. Corn. de sicar. l. 7. 8. 9. C. eod. l. quisquis §. ad L. Iul. maieft. l. si quis non dicā §. C. de episcop. & cleri. Menoch. de arb. iud. cas. 360. Specul. in r. de accusat. §. 1. n. 7. Clar. q. 92. Couar. in relect. clem. si furiosus de homicid. p. 2. in pr. nu. 6. & seqq. Tiraq. h. tr. c. 37. 38. 39. 40. Cuiac. 15. obs. 25. Ias. in l. 1. §. hæc autem n. 16. & 17. quod quisque iur. Gaill. 1. de pac. pub. c. 14.

XX.

Nonnunquam & pœnam mitigant confessio spontanea (a), metus (b), scandalum publicum (c), consuetudo (d), merita publica (e), vita antè benè acta, (f) insigne artificium (g), pœnitentia (h) officium (i), restitutio (k), mutua cōpensatio (l), presumptiua contra

rem

*reum probatio(m), & similia. Que omnia diligenter attendere, ex ijsque pœnam aesti-
mare, iudicis prudentis est & circumspecti(n).*

(a) l. i. C. ne tut. vel cur. veſtig. Tiraq. c. 30. (b) c. facris 5. vbi CC. de his quæ vi metus. Tiraq. c. 36. Clar. q. 60. n. 17. (c) l. pen. de ſicar. Tiraq. c. 46. (d) gloſſ. in c. cum venerabilis. verb. migrasse de conſuetud. Tiraq. c. 42. (e) Tiraq. c. 49. fac. l. 12. §. poſtea 7. de orig. iur. l. 5. §. vlt. de re milit. Couar. in repet. clem. ſi furioſus de homicid. p. 2. in pr. n. 4. (f) d. l. non omnes in pr. Tiraq. c. 51. (g) l. ad beſtias 31. h. t. Tiraq. c. 50. Clar. d. q. 60. n. 26. (h) Tiraq. c. 28. Clar. d. q. 60. n. 21. (i) l. tres tutores 55. §. 1. de adm. & peric. tut. Tiraq. c. 58. (k) Tiraq. c. 60. (l) l. viro 39. vbi Dd. ſolut. matr. Tiraq. c. 62. (m) fac. l. vlt. & ibi Dd. C. de prob. l. qui ſententiam 16. C. h. t. Abb. & Felin. in c. aſſerte 2. per ill. text de præſumt. Iaſ. in rub. C. de ſeru. fug. n. 29. Hippol. de Marſ. in l. repeti. 16. n. 20. de quaſt. & in rub. C. de prob. nu. 130. Boër. deciſ. 164. Tiraq. h. tr. c. 27. Myſ. 6. obſ. 97. n. 9. Foller. in præct. crim. p. 4 prin. rub. pœnis debitis feri-
ant. n. 59. Diſſ. Sarmient. lib. 1. ſelect. interp. c. 1. & alij relati à Boër. d. lo. (n) l. Pedius 4. §. 1. in ſin. de incend. ruin. naufrag.

XXI.

*Quoties autem leuior pœna, quàm aliàs ſtatuta eſt, inſtigenda venit, non capitalis, auſ
alia corporis afflictiua, ſed pecuniaria vel relegatio reo imponi debet.*

Hippol. de Marſ. in l. 1. n. 61. C. de ſicar. & conſ. 30. conſ. 53. per l. ſi adulterium 38. §. Im-
perator 8 de adult. l. 4. C. cod. Chaffan. in cōſuetud. Burgung. rub. 1. des iuſtices, §. 5. ſi au-
cun. in verb. à l' arbitraige n. 22. per l. qui ædes 9. de incend. ruin. naufr.

XXII.

*Pluribus pœnis pro eodem delicto nemo affici poteſt (a), ideoque ſemel abſolutus vel
condemnatus adhuc accuſari vel puniri nequit (b), quãuis ſi graue aliquod delictũ cõ-
munis ſiue mixti fori ſit, pœna ab Eccleſiaſtico iudice irrogata ſeculari nõ præiudicet. (c)*

(a) c. at ſi clerici 4. in ſin. de iud. l. ſenatus 14. de accuſat. Gaill 2. de pac. publ. c. 11. n. 24. Si-
chard. in rub. C. ſin. reg. n. 10. Gomez tom 3. c. 1. n. 39. Ferrarienf. in præct. in form. inquit. ſit.
verb. debita forma iuris, n. 1. licet propter atrocitatẽ delicti homini iam interfecto non-
nũquam pœna irrogetur, eleg. Coraſ. in areſt. Tholoſan. annot. 94. (b) l. ſi cui 7. §. iſdem
2. de accuſat. c. de his 6. cod. vbi CC. Clar. §. ſin. q. 57. quod & de pœna inchoata quidam
affirmant, Dec. in l. fauorabiliore 125. in ſin. de reg. iur. Tiraquell. h. tractat. c. vlt. Alciat.
reg. 3. præf. 44. n. 6. Vid. Clar. §. ſin. q. 98. n. 9. (c) c. felicis 5. §. ſin. vbi CC. de pœn. in 6. Gail
d. obſ. 11. n. 25. Clar. d. §. ſin. q. 37. & d. q. 57. Didac. Couar. 3. var. reſolut. c. 3. Gomez, d. c. 10
n. 40. Iaſ. in l. 1. n. 26. C. de ſum. trinit.

XXIII.

*Tollitur pœna morte rei (a), abolitione (b), reſtitutione (c), & 20. annorum præſcri-
ptione (d), qua ſi completa non ſit, ſola temporis diſturbitas pœnã mitigare nõ debet. (e)*

(a) l. deſuncto 6. de pub. iud. l. ex iudiciorum 20. de accuſat. Clar. q. 51. n. 12. (b) l. 1. & 2.
& t. t. C. de abolit. (c) t. t. ff. & C. de ſentent. paſſ. Tiraq. h. tr. in præfat. n. 12. (d) l. querela
12. C. de falſ. vbi Dd. Clar. d. q. 51. Balb. de præſcript. p. 4. prin. 4. p. q. 2. n. 1. 2. 3. 4. 6. paucis ex-
ceptis l. 2. C. de adult. l. 5. C. de iniur. Cuiac. 4. obſer. 14. (e) Alciat. 2. parerg. 10. Coraſ. 2.
Miscel. c. 20. Diſſ. Tiraq. h. tr. c. 29. per l. ſi diutino 25. h. t. Maſuer. in præct. t. 38. de pœn. n.
37 per l. omnes 23. C. h. t. Clar. q. 60. num. 31. Gomez. tom. 3. c. 1. num. 7. 8. vbi not. Soarez in
addit. lit. C. & com. Dd. in l. ſi diutino 25. h. t.

*Coronis. An in benè conſtitutã Repub. delictis conuictis locus gratia detur? vtrum-
que defendemus.*

Bodin, lib. 1. de Repub. cap. 10.

153255

AB: 153255

(X2203998)

K



De legibus et constitutionibus Imperatorum Romanorum





THESES DE POENIS.

Q V A S
D. O. M. A. SVB PRAESIDIO CLARISS.
ET CONSULTISS. VIRORVM D. IOANNIS MI-
chaëlis Cronenburgeri, & D. Ioannis Hollandt,
V. I. LL. Dictatoris & Fisci, in publico
iuris Collegio disputandas
proponit.

IACOBVS SCHROTER.
THVRINGVS.

Anno M. D. LXXXIII.
X. Iunij.



COLONIAE AGRIPPINAE Bbb
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

105
98

